

externæ politicæ usum maximam partem respicit.

11. Neque verò simpliciter & absolutè cuius ordinatiōi civili, sed cum restrictōe, ordinatiōi legitimæ elogium hoc deberi disertè innuunt Confessores.

12. Quicquid enim vel cum expresso DEI verbo, vel lege naturæ, vel honestate publica ullâ sui parte pugnat: illud non magis licitum appellare licebit, quàm ipsa scelera ac flagitia, quæ præceptis DEI apertè prohibentur.

13. Vice versa quæcunque ordinationes præceptis DEI consentaneæ, legi naturæ ac honestati publicæ sunt affines: eas tanquam bonas & licitas, subire homini Christiano: & earundem operâ uti fas fuerit.

14. Sunt enim bona DEI opera, eiq̃, grata & accepta, quippè ab ipso, qui est fons & autor omnis boni, mediante cura & dispositione hominum, profecta.

15. Caterùm in specie etiam quarundam rerum civilium pertexit Catalogum Confessio nostra, quibus & elogium istud, quòd sint licitæ, propriè competit: & ex quorum natura ac conditione, de reliquis, quæ in controversiam veniunt, iudicium peti & potest & debet.

16. Docent (inquit Confessio) 1. quòd Christianis liceat gerere magistratum: 2. exercere

exercere